



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia XLVI. Et egressus est illinc, uenitq[ue] in patriam suam: & secuti sunt eum discipuli sui. Cumq[ue] aduenisset sabbatum, cœpit in synagoga docere: multiq[ue] audientes percellebantur, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

**E**T egressus est illinc, uenitq; in patriam suam: & secuti sunt eum discipuli sui. Cumq; aduenisset sabbatum, coepit in synagoga docere: multiq; audientes percellabantur, dicentes: Vnde huic ista? Et quae est haec sapientia, quae data est ei? quod etiam uirtutes tales per manus eius fiunt? Nonne iste est faber ille, filius Marthe, frater Iacobi & Iose & Iudae & Simonis? Nonne & sorores eius hic sunt apud nos? Et offendebantur in ipso. Dicebat autem eis Iesus: Non est propheta in honore suo, nisi in patria sua, & inter cognatos, & in domo sua. Neq; potuit illic uirtutem ullam facere, nisi quod cum paucis infirmis imposuisset manus, sanauit eos: mirabanturq; propter incredulitatem eorum, & circuebat ut eos in orbem, & docebat.

Argumentum  
& usus praesentis loci.

**E**Xposuit Marcus excimia & praecleara Iesu Christi miracula, quibus ille tum diuinam suam potentiam testatus est, tum se promissum humani generis saluatore esse probauit. Esi uero simul descripsit quorundam ingratiudinem & iniqua de illo iudicia, praesenti tamen insignem historiam commemorat, ut in patria à suis concinuis ceuuliosissime acceptus atq; reiectus sit. Vbi ab Ioanne uerissime de illo dictum fuisse patet: Is paruit, & sui illum non receperunt. Vnus autem historiae praecipuus est, ne offendamur, si quibus simile contingat, & vel ipse Christus, uel doctrina ipsius ministri ab illis contemnantur, potius quae maxima esse debebat illorum auctoritas.

Ioan. 1.

Christus uenit in patriam & do. et.

Luc. 4.

Christus pietatem in patriam docet.

Ysaie 1.

Heb. 11.

Exod. 2.

Rom. 9. 10.

Primò Christus in patriam suam uenisse dicitur. Fuit ea Nazareth, uel Lucea patri, quem illius patriam Euangelista uocat, quod illic cum Virgine matre & Iosepho habitauit usq; ad illud tempus, quo publicè manifestari debuit. Ibi pro suo more sabbatis synagogam ingressus docere coepit. Quia enim Deus doctrinae & cultui externo certos locos & dies constituerat, Christi patriam institutum minime negligendum esse putauit, ut alibi susus à nobis expositum est. Ita autem suo exemplo eos arguit, qui cum Christiani dici & haberi uelint, tamen & ceteros sacros fugiunt, & diuinitatem uel auaritia studio, uel impuris sceleribus prophanant.

Obseruabis autem in Christo egregium pietatis in patriam exemplum, quo quid ipsam pietatem debemus, admonemur. Venerat is, ut communis omnium gentium saluator esset. Patriam tamen salutem sibi cum primis commendatam habet, quam prius quoc; circa praedicationis suae munus praeter ceteris ciuitatibus inuisit, sicuti Lucas testatur. Esi enim naturae lex, ut benefactoribus gratiam rependamus, id quod à brutis quoq; obseruari constat. At inter hos primus post Deum illicus patrie debetur, quae progenitoribus nostris, priusquam ipsi essemus, hospitium praebuit, quae in mundum uenientes prima excepit, quae nos alit, protegit & dignitatibus ornat, & cuius uicini fratres instar propter Reipub. & legum earundem uinculum coniuncti sunt. Vnde optimi quic; ex gentibus patrie suae amantissimi fuerunt, sicuti illorum historijs prodicitur. In sacris uero literis Moyses hoc nomine potissimum commendatur, quod fratres suos aulicis delicijs & opibus praefere uoluit. Et Paulus, qui se gentium doctorem à Deo constitutum esse sciebat, patriam tamen & fratrum suorum potissimam rationem habet, quorum salutem precibus assiduè quaerit, & pro israelem athenis inuenit, ut ipsi salui fiant. Quod si domesticae historias excutere libeat, Germaniam simul & Heluetiam nostram tunc ad summum dignitatis gradum ascendisse, & uictorij floruisse constabit, quae ad patriam communis studium florebat. At postquam à maiorum moribus degenerare, & peregrina nostris praefere cepimus, ipsi cum patria uenales facti, sanguinem, qui patrie debebatur, in exercituum regum gratiam profundimus, sicq; libertatem auisam & patriam dulcissimam illis ipsis opprimendam propinamus.

Parr

Porro videamus, ut Christianum studium Nazarethani exceperint. Admirantur & obstupe-  
 scunt, cum in doctrina ipsius sapientiam plus quam humanam & gratiam admirabilem elucere vi-  
 dent. Erat enim (ut in Psalmis dicitur) gratia diffusa in labijs ipsius, nec inani duntaxat verborum  
 sono auditorii aures feriabat, sed diuina dicendi virtute ipsos animos penetrabat, ut alibi docetur.  
 Er Nazarethanos, quando prius apud eos docuit, illi testimonium dedisse Lucas scribit, cum negare  
 non possent, in ipso compleri quae ab Isaia de se predicta esse ostenderat. At cum ulterius progressi,  
 illum pro Messia agnoscere deberent, illius humilis & contempta specie offensi, illum magno cum  
 contemptu aspernantur. Nec aliam sui illius iudicij rationem habent, quam quod illum à nemine mor-  
 talium in bonis literis institutum, & inter cognatos ignobiles pauperem vixisse sciebant. Patet hoc  
 ex ipsorum verbis, cum dicunt: Unde huic ista? Et quae haec est sapientia, quae data est ei? Nomen  
 eius est faber ille filius Mariae? &c. Fabrum vero nominant, quod ab ineunte aetate cum Iosepho  
 paratito patre vixisset, & illi subditus, eandem cum illo artem exercuisset. Quod ipsum veteres quoque  
 asserunt, inter quos Iustinus Martyr, scriptor vetustissimus Christum iuga & aratra fabricauisse  
 scribit. Ad id nihil eorum subterfugere voluit, quae ad extremam humiliationem faciunt, ut nos sal-  
 tem faceret, & simul suo exemplo manuaris artes & laborem, qui ex peccato origine duxerat, con-  
 seruant, ne quis nos propter hunc Deo minus acceptos esse putaret. Neque hic officianter praeteriri de-  
 bet cum parentum tum ipsius Christi exemplum. Alii enim etsi per angelos edocti, illum Dei filium &  
 Messiam esse scirent, eundem tamen artem docent, qua victum suum honestè quaeat. Ipse vero, etsi  
 iam se ipsum quam parentes miraculose alere posset, tamen Dei patris institutioni sese accommodat,  
 ut nos in sudore vultus nostri panem nostrum edere inber. Viderunt hoc olim patriarcha, quos ab  
 agricultura & rei pastorica studio scriptura comendat. Laborem item suo viciuarunt Apostoli, do-  
 cet Dei vocatio aliud suadebat, & extant ea de re Pauli praecepta grauissima, quibus otium ignauis  
 prohibet, & laborem atque artificia manuaris comendat. Est enim reuera otium satanae puluinar,  
 & cum natura ad malum procliuus simus, affectuum libidine mox abripimur, & satanae insidjs pa-  
 temus, quando nullis honestis studijs occupamur. Merito igitur apud gentes Atheniensium respub.  
 laudatur, apud quos otiosis licet mouebantur, & Areopagus in singulorum ciuium studia inquire-  
 bant, ut qua ratione quisque viuere, scirent. Et Massilienses olim neminem in sua ciuitatem reci-  
 piabant, qui non artem aliquam honestam, qua victum sibi & suis pararet. At hic nobis deploran-  
 da reus nostri seculi corruptio, quo laborem & artificia manuaris plerique horrent, otium vero ita ama-  
 bant & quarunt, quasi in illo felicitas nostra potius consistat. Quo fit, ut parentes liberos suos vel in  
 otio torpescant, vel usurarijs & quaeuoluis artibus insituant, quibus sibipsis Deum & dam-  
 nationem conciliant. Quod si aliqui rectius sapiunt, & liberos ad laborem honestum instituant, inue-  
 niunt tamen illi mox homines nihili, otio & luxu perditos, qui tum exemplo suo, tum prauis sermo-  
 nibus ipsos ab honestis studijs auocant, & vicia rationem ignauam & turpissimam persuadent. Huic  
 malo debemus publicam morum corruptelam, & qui ita assueuerunt, tandem egestate oppressi ad pes-  
 simas artes conuertuntur, quae ad communis reipub. & patriae destructionem tendunt, cuius rei exem-  
 plum in Catilinaria coniuratione Romana historia proponit, &c.

Ceterum quoad praesentem tractationem, hoc exemplo pater, quomodo Euangelij predicatione  
 effusis solent, qui religionis studium simulant quidem, huius autem praetextu sua tantummodo quae-  
 rant, & carnis iudicium sectantur. Veniunt illi, ut verbum audiant, sed ita veniunt, ut de quibus  
 apud Ezechielem Dominus conqueritur. Non ergo rem ipsam, de qua agitur, sed personas respi-  
 ciunt, & quid ex illis sperari possit, vident. Ut primum igitur ipsorum vocis & coepta spei non re-  
 spiciunt, mox vudij, cavilladi occasionem arripiunt. Hic enim Christum Nazarethani contem-  
 nunt, quod ipsius natales cognitos habent. At apud Ioannem alijs illi ideo non posse credere di-  
 cunt, quod vnde sit nesciant. Ita hodie praeter eos, qui vel doctrina genere vel persecutionibus offen-  
 duntur, multos inuenire est, qui nihil non in ministris carpunt. In alio enim generis obscuritate & pau-  
 peratate fastidiunt, alium vero propter natales praclaros & cognationem paulo illustriorem suspi-  
 cium habent. Alijs item eruditio insignis, alijs inscitia siue simplicitas vitio datur. Similiter non-  
 nullorum eloquentiam per timecunt, aliorum vero infantiam contempnissime irrident. At non no-  
 tia sunt ista, sed eadem olim prophetis & Apostolis exprobrata fuisse legimus. Neminem ergo offen-

Nazarethani  
 Christu asper-  
 nantur.  
 Psal. 45.  
 Matthei 7.  
 Ioan. 7.  
 Isaia 61.  
 Luca 2.  
 In dialogo cum  
 Tryphone con-  
 tra Iudaeos.  
 Digressio con-  
 tra otium.  
 Luc. 1.  
 Matthei 11.  
 Gen. 3.  
 Matthei 4.  
 Ioan. 21. & c.  
 2. Thess. 3.  
 Ephes. 4.  
 Ut minus Chri-  
 sti predicatione  
 ne afficiatur.  
 Ezech. 33.  
 Ioan. 9.



dat infelix mundi iudicium, quin potius istorum exemplo territi, Dei verbo nos recte accommo-  
emus. Quod cum fiet, si illo nobis opus esse cogitemus, & Dei beneficium agnoscamus, quo ille  
tatem suam nobis, indignis licet & corruptissimis hominibus manifestare dignatur. Adhuc  
tem atentis animis, nec dicentis personam, sed rem ipsam inspiciamus. Et ubi conscientias  
conuincit sentimus, non relucemur, nec pudeat Deo gloriam dare, & de agnita veritate testari. Sed  
verò huic carnis nostræ non affectus modo, verum etiam ipsum intellectum subiiciamus, & magis  
non vulgares in salutis studio progressus facturos esse, re ipsa experiemur.

Quid Christus  
cum ingratis  
egerit.

Matth. 23.  
Actuum 7.  
Lucæ 13.

Christus Nazæ-  
rethi non edit si-  
gna.  
Rom. 3.

Impiorum con-  
tumacia pijs non  
fraudat est.

Sed accedamus ad postremam huius historie partem, qua narratur, quid Christus cum magis  
etis conciuibus egerit. Primò causam ostendit, cur ab ipsis contemnatur. Non est propheta (verum  
in honoratus, nisi in patria sua, &c. Potest hoc bifariam exponi. Vel enim de communi bono conser-  
uatio hoc dicit, quòd ea est superbia, ut neminè ex suis se superiore aut sapientiore ferre possint.  
ipsa familiaritas contemptum parit, dum in Dei seruis vitia potius, quæ illis ex ingenio corruptio-  
ne inherant, quam virtutes & Dei dona, obseruamus. Vnde poeta dicebat: Minus profectus emi-  
Accedit his, quòd noua & peregrina admirari, vulgaria autem & quoridiana superbi fastidiosius  
lemus. Vel de Iudæa præcipue Christus loquitur, quæ ut prophetarum patria fuit, ita illis semper in-  
stilitur persecuta est, ut non temerè Christus dicat, prophetam non alibi, quam Hierosolymam vocari  
posse. Est autem hoc ingens nostræ peruersitatis argumentum, quòd Dei gratiam in illos contem-  
& odisse solemus, in quibus nos illam propter genitæ cognationem cum primis sospicere & exopta-  
ri decebat.

Deinde additur, quòd non potuerit inter illos multa signa edere: nimirum propter incredulitatem  
istorum. Quod non ita accipi debet, quasi Dei potentia sine veritate ex nostra fide dependeat. (Quod  
enim, inquit Apostolus, quòd quidam fuerit increduli? Num incredulitas illorum fidem Dei non  
irritat?) sed quòd ita Deus constituit, ut ipsius gratiam & salutem fide percipiamus: quæ  
causa est, quòd nos fide saluari scriptura passim testatur. Admonemur igitur hoc exemplo, quòd  
quòd hodie Deo minus propicio & benefico mundus fruatur: Nimirum quòd paucissimi sunt  
licet verè credentes, quando plerique, vel salutis mysteria ad humana rationis calculum referunt, vel  
in periculis constituti ad auxilia carnalia confugiunt. Et hæc autem hæc grauis & horribilis temeritas  
hæc autem hæc grauis & horribilis temeritas hæc autem hæc grauis & horribilis temeritas hæc autem hæc grauis  
eptos reddit. Interim consolationis plenum est, quòd nihilominus aliquot egregios medetur, qui iam  
aliqua suæ virtutis & gratiæ testimonia post se relinquunt, quibus electi in ipsius cognitionem alio-  
cantur: & simul hinc inde circumiens finitimis prædicat. Electi ergo reproborum impetum reprobam  
quam fraudi est, nec ideo Christi regnum intercidit, etiam si maior hominum pars illud repudiet. In  
soletur hoc nos aduersus mundi tyrannidem, & simul officij admoneat, ut Christum vera libera-  
plexi, illius verbo nos subiiciamus, & cum illo proficiamus indies: Illi debetur benedictio, honorifica  
& potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A XLVII.

Tunc accessit duodecim illos, cepitque eos mittere binos, deditque  
eis potestatem in spiritus immundos. Et præcepit eis, nequid tollerent  
ad iter, nisi virgam tantum, non peram, non panem, non in zona, sed  
ut calcearentur sandalijs, & ne induerentur binis tunicis.

Argumentum  
et usus præ-  
sentis loci.

Marci 3.

ET si saluator noster Iesus Christus à conciuibus suis Nazarethanis in honorem excepit  
& contumeliose dimissus sit, non tamen ideo officium negligit, cui illum pater celestis designa-  
rat: sed hinc inde regionem obambulans verbum salutis passim prædicat. Ita verò docet impiorum  
malitiam pijs non obesse, nec etiam regnum suum mundi improbitate impediri posse, quòd minus per-  
pægetur. Quòd ipsum modò re ipsa magis probat, dum discipulos, quos antea in tunicis fœdatis  
miraculis simul & docendi auctoritate instructos emittit, ut illorum ministeria Evangelium per  
ram Iudæam & Galilæam diuulgetur. Vbi priusquam historiam ipsam videamus, prædicat Christus